



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CVIII. Henning von Garthow läßt dem Herzog Otto von Braunschweig die
an die Elendengilde in Salzwedel veräußerten Hebungen auf, am 26. März
1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CVIII. Henning von Garthow läßt dem Herzog Otto von Braunschweig die an die Elendengilde in Salzwedel veräußerten Gebungen aus Benkendorf auf, am 26. März 1336.

Ego henninghus de Chartowe, filius domini Johannis militis de Chartowe, famulus, presentibus recognosco, quod discretis viris Brunswickoni, Selcingo, Tyderico Brewitzen, Johanni klot, tunc temporis Tutoribus congregationis dicte Elendegylde, nec non Vefoni Lidderus, Stephano turiczen, Johanni dicto went, Helmico de stolpen, philippo pistori, Tydekino vrsleue, ciuibus in Soltwedel, vendidi et dimisi rationabiliter jus pheodale super XXX modios filiginis et super duos pullos in Curia gherardy de Lyften, sita in villa Benekendorpe, cum omni Jure, supremo et infimo, et aduocacia infra septa curie predictae ad manus congregationis scilicet Elendegylde prenarrate, quod etiam Jus pheodale, per me voluntarie, ut premissum est venditum, Illustri principi, Domino Ottoni, duci Brunswicensi, per Tydericum Brewitzen, Johannem prope fontem ac vefonem ledderus et per Conradum godefcalci, Cines in Soltwedel, resigno et presentibus offero et transmitto ad manus supradicte congregationis, videlicet Elendegylde conferendum. In signum autem premissorum Sigillum mei patris domini Johannis de Chartowe, militis, quo vtor pro proprio sigillo, presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXXVI°, feria IIIª post festum Palmarum.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XII, 22.

CIX. Heinrich von Chyden, Propst zu Salzwedel, entscheidet einen Streit des Capellan Geuehard in der Marienkirche und des Schulzen Hennekin in Prißer über Pächte aus diesem Dorfe, am 21. Juli 1337.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M°. CCC°. XXXVII°. In die praxedis virginis, Conparentibus coram nobis hinrico, dicto de Chyden, Officiali prepositure Soltwedensis, Geuehardo, Cappellano perpetuo altaris exulantium, siti in ecclesia sancte Marie in Soltwedel, In honore eiusdem sancte Marie et XI milium virginum consecrati, presbitero, parte ex una, et hennekino, sculteto de villa prißer, parte ex altera, dictus dominus Geuehardus In iudicio proposuit, Quod scultetus predictus quedam placita inter ipsos ante triennium bono animo mediantibus viris discretis placitata et hactenus obseruata infringere sibi contra Iusticiam niteretur, dicens coram In iudicio idem dominus Geuehardus, quod haberet curiam in villa pryßer spectantem ad altare suum, quod dicitur exulancium, scilicet elende, cum omnibus suis attinentiis ac omni Jure supremo et infimo, aduocacia et cum Jure pheodali, Que daret annis singulis XXIX modios filiginis, ex qua curia idem schultetus licet consufo modo et inepto voluit singulis annis I chorum filiginis percipere seu habere, quod contradicebat dominus Geuehardus supradictus. Habita ergo sic longo opere dissencione inter eos, schultetus desiderabat dictam curiam emere avunculo suo, scilicet Ermberto, filio sue sororis, dummodo antedictus Geuehardus III modios Siliginis a supradictis XXIX modiis perpetuo dimittere vellet. Ipse tamen dominus Geuehardus hoc facere simpliciter denegauit, Quia suum pachtum nolebat minui seu minorari. Tandem per schultetum per-